

quod nunc deest, humanissimos Lenones amicitia nostra
Crauderburgium et Brosterhusium non illibenter supplē-
turos confido, quibus cum de debeo, magnam meipar-
tem debere profiteri. Valde vir Doctissime, et me ama.
Hagae. 5. Idibus Maij 1613. XXV.

C. Augenium.

Veroburchio et
Brosterhusio.
S. P.

(10).
Splendide inquam mentiti estis, siue versiculos utriusque
expendo, siue doctissimos Iambos, quos Barlaeo tam
commode excussistis. Viri boni, quem vos illi Characterem
homines impressistis, quem tantis encomiis dignum censueritis.
Speravi olim cominus hoc viro frui, nunc certum est
Leidam brevi non visere, ne vestram sic personam capi-
ti detrahat ille meo. De cetero vos videritis, nempe
quam pares compensandae humanitatis futuri sitis, ubi
ad exigendam adeo bona fidei prodigos fuisse sentio, ut
parum absit, quin mandati excessi reos putem. Acci-
pites tamen gratias et illi reddite, quantas a me vos
a vobis ille meruisse videbitur. Ego vos infinitas arbi-
tror. Summa est, Amicum devinaistis, id est lacri-
fecistis nihil si quod cuiusque est amplius ejus fieri
nequit, nisi consolidationem usufructuarii meae proprie-
tatem obvenisse dicendum est ex L. Si Tibi: 17. ff. Quib.
modi: usufr: vel us: amittitur. Ad manum Pandectarum
erant, quapropter insignis loci arcaniore doctrinā obiter
fraudandi non eratis, si forte Lectorum hodie non iactetis
tis, per Pomponium Nennam toties mihi jam decautatum
visum nunquam. Afferte hominem unā aliquando,
aut ille in malam vobiscum crucem abierit. Itane vos
nullā nunquam prece mobiles dari. Otia nostra ne
nimirum festinante impulsu, frustra fuisse videamini
proximā septimanā profligatione Typographi sunt, unum
cum vestris et aliarum procludijs, quae tantam in
molem subito excreverunt, ut quod olim de vobis nescio
quā dictum fuit, timeri possit, ne tota domus per
portam effluat. Hoc illud est nimirum, quod solliciti
ambivi. In turbā prodire, causis fortasse non ineptis,
si memores estis. Vereor in morā, diem unum aut
alterum Sculptor Delphensis, cuius opera duobus solum
lamellis Typographum gratificatum oportuit. at ego
illum

17

illum quantum potero, impellam, quo tandem tediousissimo
negotiorum semel et serio expediar. Valete fraternissimi
et mei modestiunculae apud Batavum recordamini. Salutem
Gom 100 Wel goen mannon. Haga s. D. Maij 1625.

Cuius bestium illum Verburghi
quem a solis opibus commendas
non inspexi. suspexi tamen ut
tales soles indignabundulus fatear
et vultu in Fortuam satis
moroso, perquam evenire fertur
quod patientur opes, aut
illud quod dicere volo. Nescio quid
divini in homine competum habeatis
ego valde hominem repperi.

C. Huygenius.

G. Barlaeo.

Novisti plerique amicorum occupationes meas, quamvis
illos à subito alterius nutu variè me interpolant.
Itaque nec causam quidem apud Te dico Barlaeo Doctissime,
quo tarde respondentis minus succenseas. Sane enim,
nunc etiam quod scribo raptim egero. Manes tuos,
nobilissimum Carmen, cuius nullum Heinsium pude-
at aut Grotium, ut Lucanos ego non addam, Principi
meo, absque valetudo ejus fuisset, statim, ut injunctas
obtulissem, nunc differre satius duxi, et mollium hora-
rum occasionem accipere. Sicut, ut apertè tecum agam,
nihil adeo gratiarum ab eo polliceor. Latina lingua
quantum puer imbibit, satis parè retinuit, ut non semel
vitreis insculptentem videas. Patientia laesa facit fieri,
quam tu sedulam lectionem ab illà exorditione expectan-
dam censes? Stabo promissis tamen, et quandoquidem
ita vis, exhibebo luculentam egregii civis operam Patri
Patria supremo prostitam. Porro ut Musas meas nihil
esse minus quam sedentarias scias, ecce qui scribendi
otium invenire non potui, hos ultro citroque commendo
versus judi. Vulgo conceptos vixi dixeris, nati enim
in compito sunt, et procul a recessu. Qui id iudicabunt
et si apud Te asseruari contigerit summo anxium ho-
nore affecti videbuntur. Neque ego minus, si me amare
pergis, qui te merito. Vale Hag. Comit. 26. Septemb. 1625.

Raphaëlem Thomam, indignem
viriem à viciis excessisse, si noscitis
quam agerione nuncio.

C. Huygenius

Ad